UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria iurisdictione

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam, Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Quæstio 15. Quid si Judex circumventus aliquid decernat, quod postea motu proprio revocat, an id ad vigintiduumvirale judicium possit revocari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-61908

Visual Library

Materiam Conſervatorum laicorum tr i bunali
tivi extrajudicialis, *Olimanus de iure fiſci cap.8 num.30. Martha iuriſdictione inter*
Eccleſiaſt.& ſæcularem exercen.cent.1.caſu.39. num.6. ut proinde rationes Hie-
ronymi Cevallos ad juriſdictionem contentioſam hujus tribunalis transferri non
poſſint. Indeque eſt quod idem Cevallos ſententias per injuriam hoc eſt in-
juſte latas poſſe cenſuerit per viam cognitionis violentiæ revocari, *Cevallos d.glo.*
5.num 0.& ſeqq. Cum tamen juris certi ſit ſententias injurioſas hoc eſt non jure
dictas ſed contra ius partis latas dummodo procul abſint ſordes valere niſi per
appellationem reſcindantur, *l.iniuriarum §.idem labeo in fine ff de iniurijs Vant.de*
nullit.ſent.ex defectu proceſſus & formæ ſent. Ieiuna itaque eſt opinio Hieronymi
Cevallos, *d.tract.in prolog.num.143.* tradentis ſimpliciter iniquam ſententiam non
eſſe ſententiam ſed rapinam ideoque licere etiam clerico qui inique à ſuo Epiſco-
po condemnatus eſt poſtpoſita ad metropolitanum aut Nuntium apoſtolicum
appellatione recurrere ad aſylum Regii iſtius tribunalis quaſi ſi eo caſu juriſdictio
ad ſuum principium quod à iure naturæ profluxit revertatur. Id enim indiſtincte
concedere eſt laxare habenas ad vias extraordinarias poſtpoſitis appellationum re-
medijs ordinarijs quod non eſt admittendum præterquam ſi conquerendum eſſet
de ſententiis per ſordes corruptelas aut maleferiatos judices prolatos adverſus quos
non immerito invehitur & exclamat idem Hieronymus Cevallos.

QVÆSTIO DECIMAQVINTA.

Quid ſi judex circumventus aliquid decernat quod poſtea motu proprio revocat
an id ad vigintiduum virale judicium poſſit revocari.

SUMMARIUM.

1.Iudex quod de facto facit de facto tollit. 2. Iuris executio non habet iniuriam.

1 HAnc quæſtionem quæ nuper occurrit reſpondi non eſſe cognitionis vi-
gintiduum viralis, Etenim judex qui vel facti errore vel partium circum-
ſcriptione quid decrevit poteſt illud velo levato motuque proprio de
facto revocare, *Io. Andr. cap.conſultationibus de offic.deleg. Bald, cap 1.col 5.in fine*
de milite vaſallo qui contumeliam Marſilijs ſing. 18.incip. quotidie ſing.320. incip.
ſæpe contingit ſing.840.incip.deceptus non tenetur. Et quidem jure optimo. Cum
enim juris executio careat injuria, *l.iniuriarum §.is qui ff.de iniurijs.* conſequens
eſt ut quod lege permittente fit vigintiduum virali hoc judicio coerceri non
poſſit.

Vigintiduum virum Leod.comparat.compreh. Deniq; quod
poſſit,*l.Gracchus ff.de adulterijs Menoch.de arb.iud.caſu* 398. *nu.*2. Deaiq; quod
judex parte non citata decrevit altera parte non citata eadem qua decrevit facili-
tate poteſt revocare, *Innoc.cap.quærelam nu.*6.*de elect.*Iaſ.*l.ſi pact.nu.* 9 & 10.C.*de*
*pactis per tex l.*1.§.1.*ff.ſi mulier ventris nomine glo.l.minor.ff.de evictionibus Gail.li.*
2.*obſ.*76.*num.*15.Idque citra aliquam cauſæ cognitionem aut indaginem, *Bald.*
*cap.ab excommunicato nu.*6.*de reſcriptis* Iaſ.*d.l.ſi pacto nu.*11.*Gail.d.nu.*15.

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

Actiones vigintiduum virales ſint ne civiles vel criminales.

SUMMARIUM.

1 *Actiones vigintiduum virales ſunt criminales.*
2. *Voragia vigintiduum viralia ſunt pœnæ corporales.*
3. *Pœnæ corporalis infligi non ſolent niſi ob dolum.*
4. *Pœna pecuniaria ſurrogata in locum pœnæ corporalis eodem iure cenſetur.*

CRiminales eſſe hinc arguo quod ad vigintiduum viros ſpectet ex lege 1
Cornelia de falſis alijſque publicis criminalibus judiciis cognitio coer-
tioque iudicum corruptorum, *glo.l.fin.verb. diſcriminis C.de pœna iudicis*
*qui male iudicavit l.*1.§.*ſed & ſi ff.ad l.Cornel.de falſis*.ut & cognitio de vi publica 2
& privata quæ pacem omnium communem ſolet violare, *Cicero de aruſpicum*
reſponſis,atque ex lege Iuliana publicorum judiciorum coerceri, *tot.tit.ff.& C.*
ad l.Iuliam de vi,qui ideo ex ſuæ juriſdictionis præſcripto ſolent reos peregrina-
tum ablegare ſeu ad voragia longiora vel breviora pro ratione commiſſi reatus
condemnare atque hujuſmodi itinerationum pœnis reorum corpus affligere
alterare fatigare flagellare quæ pœnæ ſunt corporales, *l.ſi quis forte in fin, cum l.*
*ſeqq ff.de pœnis Card.conſ.*94.*incip. Hæc eſt inquiſitio Ignatius Lopes in pract. crim.* 3
*cap.*143 *num.*1. irrogarique non ſolent niſi ob quippiam dolo malo commiſ-
ſum, *Card.d conſ.*94.*Lopes d.cap.*43 *num.*1. *Bart.l.*1.*ff.ſi quis teſtament. liber Iulius*
*Clarus lib.recept ſent.*5.§.*læſæ maieſtatis quæſt* 84.*num.*1. *Iaſon.l. in actionibus num.*
23.& 26.*ff.de iureiur.qui teſtatur de communi Hippol de Marſilijs l.lege cornelia* §.
*cum quidam num.*3.& *in l.in lege num.*1.& *ſeqq.ff.ad l.Cornel.de ſicariis in l.de mino-*
re in pr.num 17.*ff.de quæſt.* licet alij cenſeant quandoque etiam ob culpam latam
pœnas corporales infligi poſſe, *Robert.Marant..de ord.iud.par.*4.*diſt.*4.*n* 59. *An-*
*gel.conſ.*287.*col.pen,Cæpola conſ* 33.*col.*4.*conſ.*34.*col.*4.*Petr. Loriotus late ad l quod*
nerva